




...oniae Rex

Soc. Jesu Lubl. Collegii: Via triumphalis Polonorum et Svecorum Regem – Vladislaum IV. per victorias Moschoviticas ad perennis gloriae capitolium ducens

Lublini typis Pauli Conradi. 1634.



V
B
J
C

# VIA
# TRIVMPHALIS
POLONORVM ET SVECORVM REGEM,
BELLICOSISSIMVM,
MOSCHORVM DOMITOREM
FORTISSIMVM,
DE SEPTEMTRIONE TRIVMPHATOREM
FELICISSIMVM,
ET DOMINVM IN POTENTIA
CLEMENTISSIMVM
VLADISLAVM IV.
A
*REGIA SVÆ SACRÆ MAIESTATIS*
PER VICTORIAS MOSCHOVITICAS,
AD PERENNIS GLORIÆ CAPITOLIVM
DVCENS
IN COLLEGIO LVBLINENSI
SOCIETATIS IESV CELEBRATA,
*ET EIVS S.R.M. DOMINI SVI*
ET PARENTIS OPTIMI
HONORI AVGVSTISSIMO
CONSECRATA.
A. D. M.DC. XXXIV.

LVBLINI, *Typis Pauli Conradi.*

SACER MANIPVLVS INVICTVS.







NON hæc Callaicum distinguit strata metallum.
Non Polycletæa marmora cæsa manu
Mentoreum non tornat ebur, non gemma renidet,
Seu, quas Hesperius deuehit axis, opes

NAM

# VIA AQVILÆ COELVM[a]

SIC TIBI VLADISLAE REX BELLICOSISSIME,
*QVIDQVID IN HAC VIA OBIECTVM,*
TROPHÆA SVNT COELO MINANTIA,
VEL DEPRESSA BARBARORVM CAPITA.
*NVNQVAM AD BELLVM PRODIISTI,*
*QVIN REDIRES TRIVMPHATOR,*
QVOD NVLLVM EST,
IN QVO TE SI FORTVNA NONDVM[b] EXERCVIT.
AD ILLVD NATVRA NON FORMAVIT.
QVOTIDIE ADMIRABILIOR ES,[c]
*ET*
QVALES, ALII SE FVTVROS POLLICENTVR,
TV SEMPER FVISTI.
*QVI PRIVS TRIVMPHARAS,*
*QVAM REGNASTI.*
IMPERIVM IIS ARTIBVS RETINETVR, QVIBVS PARTVM[d]
O POLONIA
*Quos Triumphos expectes Regnatore* VLADISLAO?
*si tot, eo vidisti Principe;*
QVI
*ET BONVS*[e] *DOMINATOR, ET BONVS BELLATOR EST,*
IMMO,
REGVM BELLATORVM COMPENDIVM,
*Vix Sceptra cepit, cũ arma mouit, ut hostem prius opprimeret quã sentiret.*
DIV APPARANDVM BELLVM, VT CELERIVS VINCAS,[f]
*TV*
MOSCHVM VICISTI, CVM BELLVM APPARABAS;
*Caput ille erexerat, ut quod in aliena Regna* TIBI PRINCIPI
*Viam fecit, ad sua, daret calcandum* REGI:
NON ENIM CAPIET TE POLONIA, NON SVECIA,[g]
MAGNE VLADISLAE
CVI
*COELO DEDVCTA FELICITAS, ET VIRTVS SVBSCRIPSIT.*

a Pro. 30.
b Cic. in Man.
c Plin. 12 Trai.
d Sabell.
e Homer de Al. M.
f Syrus.
g Philippus Maced.

VT

VT

REGNES CONDITIONE BARBARIS,

DVM

VLTRO REGNAS, LIBERTATE REGIBVS.

IAM

QVAE TVI REGNI AVSPICIA,

*In aliis essent prodigia, Hoc bello cæteris constat, quod,*

a Curt. lib. I. [a] *TIBI IPSA FAMA,*

AD QVAM LONGE HOSTES CONSTERNVNTVR,

*Terra ipsa quam calcare cœpisti, ad gressus tuos, nihil quam laureas parturiisse visa,*

QVIA

NVLLVS LOCVS EST, QVEM NON VICTORIA CONSECRARES, DVM CONTINGERES.

*AD SMOLENSCVM ACCESSERAS*

CVM

*Moschus Tuos obsidens, obsessus, cedendum sibi ratus,*

QVAM TE OPPVGNANDVM.

*IBI IGITVR VIAM TRIVMPHALEM ORSVS ES, VBI BELLVM: NEC CERTVM*

QVIN PRIVS BELLVM AN TRIVMPHVM?

TIBI

OBSESSI INCLAMARENT SMOLENSCII

QVI

b Lampr. de Al. S. [b] TE SALVO, SE LAETABANTVR SALVOS, VICISSE, CVM TE AVDIVERVNT VENISSE.

AT

QVO MARMORE STRATVM ITER TVVM TRIVMPHALE?

*Aurum, gemmas, Topazios humus pullulasset, si te Regem modò & non simul Triumphatorem pernouisset*

c Alex. ab Al. GRAMEN [c] IGITVR EST, QVOD SERVATI DECERPSERE CIVES,

HERBA EST, QVAM TIBI PORREXIT HOSTIS,

QVERCVS EST, QVAM LIBERA EFFVDIT SMOLENSCIA,

*Non despice Triumphator inclyte, qui salutem Tuorum, vt Tuam diligis,*

*ID PEDIBVS TVIS SVBIECTVM HABES,*

QVOD

d Rosinus. L. 10. [d] IMPERATORVM AMBIVERE CAPITA, LAVREÆ, ET AVREÆ,

*Adde vota populi & plausus, quibus Rex Bellicosissimus (parum est)*

*Ciuiũ* Salutis Author, Libertatis vindex, Religionis Diuinæ Parens *audis,*

*Si Benignus audies.*

*L. Quintiũ Cincinnatum Dictatorẽ, obsidione Æquorũ liberatus exercitus Romanus, suum Patronum appellauit.* Liu. l. 3. Dec. 1.

## TV: VITA SALVSQ; CIVIVM.

VLADISLAE Tibi, si gratum gestio Nomen,
Magnus es, & nulli, penè secundus Amor,
Diuus es, Augusti votis communibus audis:
Sanguine Diuorum, Religione Patrum.
Tu tamen illud ama pleno venerabile mundo
NOMEN, SERVATOR VITA SALVSQ; TVÛM ES.

*Tantum est parta tueri, quàm quærere, & amittere, quàm habuisse nunquam, grauius est.* Ouid. & Senec. in Epist.

## TV PARTA TVERIS, PERDENDO NIHIL.

EBria Cadmæo vix tantùm murice Sidon,
Vt Smolensçianos Mars rubefecit agros
Sanguine Lechiadum, multa dum clade veniret,
Vrbs ea, sub fasces, Terra POLONA, tuos.
Hanc TV dum seruas, Lechici monumenta cruoris
Seruas, & lauros VLADESILAE PATRIS.

*Libertatis Nomen dulce, res, quid optimum, vsus in vitâ maximus, eius vindices,* Cic. & Diog.

## NISI VITA CHARIORES.

PIgmalyonis opes, gazas Arabumque superbas
Da libertati chrysea vincla, parum est,
Dite lacernatus Cræso felicior Irus,
Si viuit proprio iure, vel esse potest,
VLADISLAE TIBI quas det Smolensçia grates.
Libera? sub frenos dat sua colla Tuos.

*Homerus, M. Alexandrum, illud orbis terrarum fulmen: & bonum Regem & bonum Imperatorem fuisse prodidit.* Odys. V.

## TV REGVM BELLATORVM SPECVLVM,

PEliden Actæa sile; Romana Camillos
Musa, vel AEmathios Hesperiosque Duces,
Archetipon Regum, belli virtute Togæque,
REX VLADISLAVS Magnus vtrinque venit.
Sic ea Sarmaticos peragrabit fama Triones,
Quàm cadit auspiciis Moschua, Diue, Tuis.

*C. Iul. Cæsar, Pharnace deuicto, bellicositatẽ suã, illis circũscripsit verbis, veni vidi, vici,*
*Tu, non illo inferior, quàm felicior, cum M. Carolo dices* Æn. Syl.

## VENI, VIDI, DEVS VICIT.

VIcisti Romane, tamen non victor Achille es,
Vicisti solus, solus & ipse cadis,
VLADISLAE TVÆ non viuent tempora lauri,
Qui tecum vicit, nescit habere vices.

Rosin. INeo, Tuâ Bellicositate gestientium plausu incedis Triumphator, tanto illustrior, quo seruati Ciuis, quam hostis deleti, maior gloria, quæ si cum vita mortali finem sit habitura, moriturum nunquam Tuæ Bellicositatis stabit monimentum, & suæ libertatis Trophæum, Smolenscia, Hic loquitur,

QVIA

VENIT, VIDIT, PROPVLSAVIT

MOSCHVM, HOSTEM SVVM

REX VLADISLAVS

Porta est quam vides Triumphalis, Quippe Smolenscum obsidione moschouitica liberatū

EST PORTA

Ad Triumphos VLADISLAO REGI; Portus fuisset aliis & limes ad victorias:

Sed Bellator noster, ibi primum pedem figit, vbi sedem cæteri

VLADISLAVS REX,

EST INVICTISSIMVS.

ANAGRAMMA


*Victis ense malis, Dux risit saluus.*

O

SMOLENSCVM

QVID TIMEBAS?

MOSCHVS Vrbis oppugnator. Armis Princeps, vel vt ACHILLES, Cætera si deessent, Locus vtrinq;




Muri conquassati?




Numero, Alter XERXES. Vel vt inter feras, vnicornis Annus fuit oppugnando. Commodus expugnando,




Quot Ciues, tot mænia.

Turres deiectæ, Ciues fame perditi.

Turres Vrbis, Viri Martii, Regis famâ viuere poterant.

*Non est* VLADISLAI *perdere quod suum est,*
*Sed retinere (videbit posteritas) adipisci.*

Hoc age DEO, & superis fauentibus,
O VITA Ciuium & Salus VLADISLAE.

Plin.

PERGE VLTRA TRIVMPHATOR FORTISSIME REGVM

VLADISLAE,

HIC QVIDEM POTERAS DICERE:

*SATIS EST VIRTVTI, GLORIÆ, PATRIÆ,*

VOTIS OMNIVM,

*Qui, Moscho à Ceruicibus Regni depulso, tanquã subiugato triumpharunt,*

SED

TIBI PARVM EST, QVI AD SVMMA NATVS,

AD SVMMVM VENIES.

FORTVNÆ ET GLORIÆ.

*Pergis igitur hinc, vindicato Ciue, vt vindictam sumas de hoste,*
*cùm te triumphus ambit alius.*

NAM

QVO ALTIVS SIGNA INFEREBAS, MOSCHVS TERGA,

*Et pergis viâ muricatâ, viâ purpureâ, quam suo sanguine hostis inebriauit,*

VT

*TIBI REGI ITER ESSET TRIVMPHALE.*

*Noui ego animũ tuũ,* REX FORTISSIME, *sanguinis incupidũ, sed ad Triũphos*

VIA SANGVINIS ITVM.

5000 HOSTIVM CADERE OPORTVIT ANTE TRIVMPHVM. Al. ab Al.

HIC, QVOT CECIDERE?

*DICTVM SATIS:*

124000 HOSTIVM IN ARENAM BELLI EDVCTA, Ex Rel. Mosch.

7000 PROPE DEDVCTA.

O

*Superbe Dux, parcebas lachrimis? tam validũ exercitũ ad angustias rediisse,*
*Neq; hi abiissent, si Fortitudo Tua non præstitisset*

BELLATOR FORTISSIME, Plin. in Tra.

VT NOLVISSENT PVGNARE HOSTES, DVM VELLES, ET VITAM

*TVO BENEFICIO*

PERDITI ACCEPISSENT.

*Verum etiam te non pugnante, pugnatum contra hostes inde,*
*vbi vita communes haurit igniculos.*

NAM

VOLEBAS IGNEM?

*Cælo descendisset, si alius, hostium vrbibus & castris vrendis defuisset.*

PLVVIAM?

*Tanquam euocatam cœlo crederes, vt prædam relictã ab hoste, igni leuaret.*

ETIAM TIBI

TEMPESTATES ET VENTI OBSECVNDABANT, Cicer. de Pomp.

*Vt quo velles, globos tormentarios deferrent, illæ hostẽ languentẽ exhaurirẽt,*

AD

*Eum naturæ famulatum Tuæ accessit Fortitudo, plusquam Regia,*

VT

OMNIVM TOLERANTISSIMVS, ET NVNQVAM NON TRIVMPHATOR
REGIS, DVCIS, ET MILITIS OFFICIO FVNGERERIS,
NVLLVM DISCRIMEN HABENS,

QVAM

*QVIA FORTIOR, ET PRÆSTANTIOR CÆTERIS* Plin.

*Iucundissimum spectaculum est, Dux in oculis militum, eodem pane vescens, aut in vili loco quiescens, aut operam communem præstans, quàm iucundùm videre fuit?*

P. at.

*TE REGEM MAXIMVM,*

*Dum somno parceres, cibo abstineres, excubias ageres, castra dispiceres, primus inires manum, postremus poneres,*

Plin.

OMNIA LEVIORA FVERE TVA PATIENTIA

*QVÆ*

*TANTO MAIOR EST,*

Plin. in Th.

QVO MAGIS, SINE EXEMPLO ET NECESSITATE.

AT ETIAM

*DORMIRE TVTO POTERAS, VIGILABAT PRO TE,*

TVVS ANTIPATER, TV QVASI ALTER, SPES REGNORVM,

Phili. M

SERENISSIMVS PRINCEPS CASIMIRVS,

VIGILABAT

*TVÆ MILITIÆ OCVLVS πανόπτης,*

Pindar. de Agies.

ILLVSTRISSIMVS PRINCEPS *RADIVILVS,*

*ET*

ILLI FORTISSIMI COPIARVM DVCES,

KASANOVIVS, GASIEVIVS, PIASECINIVS, ZOLKIEVIVS, DANIELOVICIVS, VAIERIVS, BVTLERIVS.

*Cæteriq́ lectissimi Bellatores, ità animo, manuq́ parati, pro Te,*

ET

*REGNO TVO,*

VT

ETIAM COELVM DEFENDERE POTVISSENT.

Agies. de Laced.

O fæcunda viris Lechia Martiis!
O & Belligerûm magna Parens Ducum,
Quos non Moschus atrox, non Alemannia
Contorum opposìtu nescia ferreo,
Detorquere retrò sunt potis agmina:
Non Hollandiacis excita sedibus,
Decertare dolis docta satis manus,
Tectis consilio pellere machinis.
O quem te memorem Dux RADIVILII?
Crescens laude nouâ gloria sanguinis,
(Inter magnanimos quos licuit viros
Arctois Litauos vertere Classibus)
Heroas poteris tollere verticem.
O par conspicuum puluere Martio
Gasieui, Odrysio cum Kasanouio:
Quos, nunc esse suum tota Seueria
Nunc Martem esse suum tota Podolia
Dicit, Nestoreum viuite sæculum.
Nec Piasecinium quem Camenecia
(Saxo instans DOMINVM iure vocat suum)
Dignum laude Virum Musa loquax tace.
Fies Nobilium tu quoque Principum,
Zolkieui Patrii roboris Æmule,

Et

Et tu, qui indomitum viribus Hectorem,
Æquâras animo, DANIELOVICII
Maiorum referes dignus adoreas,
Quem quodcunque ferox gesseris, audeam
Si plectro tenui dicere, gloriam
Imbelli Herculeam detenuo lyra.

VAIER Marte potens non minus æream
Fert in tela manum BVTLER, & alterûm
O quam pro meritis digna Ducum & Virum,
Ornari nitidis tempora laureis
Et quoscunque mihi, nunc taciturnior
Mirabunda silet Melpomene, canet
Armorum series, fataque temporum.

MIRARIS HEROAS?

CESSA

*BONI DVCIS, BONVS SOLET ESSE EXERCITVS.* Homer. Odys. 4.

Ecce inter medios aurea Lechiæ
VLADISLAVS ouat gloria; lucidum
Qualis gemma micans diuidit annulum,
Nocturno æmula syderi;
Vel qualis medio Phœbus in agmine,
Stellarum roseas eiaculans faces,
Vultu purpureo tela minoribus
Addit flammiuoma ignibus,
Sed nullum roseo participat magis,
De Phæbo radios, Sydus vt eminens,
Cunctis syderibus, lucifer aureus
Soli proximus aureo.
CASIMIRVS Hic est, quem lateri sacro
VLADISLAVS amat consociarier,
Et belli comitem gloriæ, & inclytum
Virtutis socium addidit.

*Non homines solum* TVA *rapuit fortitudo* VLADISLAE FORTISSIME,
*Sed vicina quæque in stuporem vertit:*
*Illæ ipsæ Oreades sub hostium iugum missæ, de suis Montibus tanquam de speculis, dispicientes.* TVA,

*ET TVORVM FACINORA*

TE

ADMIRANTVR, TIBI FAVENT,

EVRINOME

QVæ manus ista (Deæ) laribus contermina nostris?
Aut quis Lechiadum niueam descendit in Arcton?
Atque fatigatas iterum defulminat arces?

C CLY-

CLYMENE

VIx Regnatorem lateri præcinxerat enſem,
Belligerum ſtringit, venienti prodromus hoſti,
Nec vidiſſe caput fuerat diademate fultum,
Ære rigebat apex rutilo cum ſplenduit auro,
Purpureoſq; Ducis loricâ veſtiit armos
Mars, Bellatorem nactus fortemque Monarcham.

IDOTHEA.

QVid? dum peltatis circumdat mænibus hoſtem
Oppugnatori grauior grauiorque futurus.

DOXA

IPſe manum ſubicit, gladios ac tela miniſtrat,
Luc. Promouet ipſe acies, impellit tergà ſuorum,
Primus inire manum, poſtremus ponere Martem.

HIC

*Clio, Virorum Illuſtrium laudibus nata Dea, Tuis à puero benè inmutrita re-
ſpondet, & dum tuæ gloriæ agit Epæneticon.*

IN MONTE VIRGINEO PLAVSVM EXCITAT.

DIuæ, Parthenio quæ latè colle ſedetis,
Pandite ſepoſitis vallata cacumina Moſchis,
Atque Triumphales Aquilas veneramini iſtas,
Iagieloniades Lechiæ Regnator in oris,
Exitium Moſcho veſtras molitur ad vrbes.
Ille eſt Aonio celebratus pectine Princeps,
Notus vtrique polo, Solio quàm ſedit eburno.
Ille eſt, quem roſeo Titan dum ſurgit ab ortu,
Aut vbi laſſatos declinat in æquore currus,
Bellantem ſtupuit, primo cum floridus æuo,
Robore Scipiadas, animis æquaret Achillem.
Ille eſt, qui parmam bello vix extulit albam,
Mille tulit palmas, meruit quoque mille Triumphos.
Ille eſt, quem Scythicæ primùm timuere phalanges,
Et qui Boſphoreo nunquam non victor hypætro,
Senſit, ab hoc vinci victores poſſe Gelonos,
Ille eſt, quem Moſchus dum primis vidit in armis,
Eſſe ſuum voluit Regem, magnumque Toparcham,
Sed male fide ſcies quid ſit periuria Moſche,
Atque Synonæas in pectore cudere technas;
Excidium vobis VLADISLAVS ALTER & IDEM,
Theod. Idem animo Princeps, fortunâ maior & armis:
*Ergo Virginei montis præſides Deæ tuis laudibus excitatæ, quid precentur.*

ACCIPE.

CArpe viam felix bellator, maxime Regum,
VLADISLAE, tuos ſequimur cupimuſque maniplos.
Te Trabealis honos, & Te victoria lambit,
Saxa tibi pateant, & Moſchua dura neceſſe eſt.

NEC VOTA FEFELLIT TVA DIVINA FORTITVDO

Qui

SVDETA ILLA, MONTESQVE VALLATOS A MOSCHIS,

VT

VENISTI, VIDISTI, OCCVPASTI.

HOC

ILLIVS MONTIS VIRGINEI SIMVLACRVM TESTATVR.

QVI

*Vt Hostilis potentiæ robur fuit, ita victoriarum Tuarum*

ET

FORTITVDINIS INSVPERABILIS

Æuiternum stabit Memnoſynon

ANAGRAMMA

VLADISLAVS REX FORTISSIMVS — TV SIS DVX, ARMIS FALLES VIROS.

VLADISLAE TVOS DVCES QVOCVNQ; MANIPLOS,
IBIT, ET EVXINO SE PROLVET ÆQVORE, TV SIS

LECHICVS AD SCYTHICAS IMPIGER ALES AQVAS
DVX ARMIS, FALLES NON SINE LAVDE VIROS.



HIC

AlES MOSCHICVS

CASTRORVM SVORVM NIDO

EXVTVS, ALBICANTI POLONORVM

AQVILÆ SVCCVBVIT.

SEV

HIC, MOSCHVS VICTOR SVI.

VICISTI MOSCHE, TEIPSVM,

VT

*Armis, copiis & loco validiſſimus, à Polonorum manu ſubitaneâ, vinci*
*Te non puderet, eumq; venerari Hoſtem, quem oderas.*

VICISTI POLONOS,

VT

Tibi vitam indigno condonarent, & pacem concederent.
Hunc victorem esse, VICTVM; LIBERVM ET CAPTIVVM
Fama Dicet ÆVITERNA.

SED

QVIA TE VICISTI VT vincereris — à VLADISLAO REGE quē vincere nefas



SVPERASTI VIAM HOSTILI MVRICE INSTRATAM,
FACIT ALIAM TVA REGIA FELICITAS,
VBI SIGNA MILITARIA, ET ARMA HOSTI ADEMPTA TIBI SVBIECIT,

VLADISLAE FELICISSIME.

Seruius & Lips. *Felicitatis omen fuit, signa facile secuta manum, & aquilarum conspectus,*
QVID?
DVM PEDIBVS TVIS ACCIDVNT? TE ADORANT? TIBI STERNVNTVR?
*Postibus suis fixissent alij Victores, quæ tuis substrata pedibus,*
*ERIT ENIM SEMPER*
QVI
TVOS *mirabitur Triumphos sine signis, quorum videbit fructus.*
Alex. ab Al. ARMA MEMBRA BELLATORVM SIGNA BELLORVM NVMINA
*Hæc dum in manu vel ad pedes iacent Tuos,*
GLORIAM, FORTVNAM, VITAM HABES,
ET
Plutarc. *Quod vita charius est, Arma habes, vitâ & sanguine defendenda.*
TV MOSCHE
Lacæna filio suo *Arma duxeras in bellum, vt vel cum His redires, vel pro His occumberes,*
*Victoriam certam, aut mortem promittendo.*
ILLAM TIBI FELICITAS VICTORIS ADEMIT,
HANC AB EIVS CLEMENTIA IMPETRASTI,
VT
VIVERES PROBRO TVO, ILLIVS NOMINI, POLONIS, VICTORIÆ
TESTIS.
Trebellio Erasm. AVDE IAM QVISQVIS ES.
*Sunt arma contra te, quæ fecisti, Tuo gladio iugulandus, Tuo puluere*
EXTERMINANDVS ES.
*O FELICISSIME TRIVMPHATOR*
PATIARIS ALIOS
Rosinus *In triumphis tulisse Balsamum, Ebenum, alueos cum tesseris, dentes eburneos,*
BELLICOSIS POLONIS EA MINIME ADMIRANDA,
SED
in Tormenta bellica. ACHILLEM *cecidisse, Rhinocerota captiuum esse, ipsum Moschouiæ Ducem,*
*SVB TVIS PEDIBVS IACERE PVTA.*
DVM IACENT
*Illa Europæi orbis Tonitrua, Tormenta bellica, signaq; hostilia.*
Athenæ, ARMIS IAM NON POTEST VINCI POLONIA,
QVÆ
de Laced. ARMA, ET VIROS HABET.
BENE FACTVM O SVPERI
*Vt sponte arma traderet hostis, quàm profugus linqueret,*
TVAM HOC
COMMENDAT GLORIAM ET FELICITATEM.
REGVM FELICISSIME VLADISLAE

NAM

FELICITATIS EST TVÆ, QVOD VELIS, POSSE

NEmo palatinas meruit decerpere lauros,
Cui non elueret purpura frontis ebur,
Nam variat fortuna vices, & gloria summum
Ambit, nec facili stat potiunda iugo.
Arridet fortuna tuis, REX MAGNE Trophæis,
Seu vis victrici bella mouere manu;
Seu Regnum mulcere togâ, sine sanguine præstas
Omnia, quin etiam, vincere, velle Tibi est.

Florus

MAIOR ES HECTORE

ALciden reuocate Dij; nouus instat Achilles,
Mugitu quemuis terreat ille suo.
Fallor: an ima poli penetrant suspiria ab alto?
Lechiadæ vobis Hectore maior adest;
Æmonius quondam super Hectora stabat Achilles,
Iagielloniadæ victima Achille cadis.

allusio ad tormenta bellica

TIBI

IECIT ACHILLES DVAS TESSERAS, ET QVATVOR

VIpereis frustra medicata furoribus arma,
Et Centaureâ fulmina pota lue,
Frustra Massagetes ferali perlita succo,
Spicula Catharidum liuida felle paras.
His VLADISLAE TVVS fatalia cudet Achilles,
Iuppiter Odrysius quod verearis, habes,

omen felicitatis apud Erasm.

TV FORTVNA ES POLONIÆ

ECquid vt exploso mentita tonitrua plumbo;
Vel leuia à Moscho fulmine torta times!
Hæc fata aërius disuiscerat irrita ventus,
Moschus & inuacuum fulmina nube dabit,
VLADISLAE TVIS fors enutrita maniplis,
Huc quoque se præstent Barbara tela ruent.

C. Iul. Cæsar de se.

TE NE SIT FELICIOR VLLVS.

ILla [a] Cononiadæ votis Rhamnusia fauit,
Vt quæ aliis esset lubrica, certa sibi.
Cæsaris auspiciis nemo frenare Quirites
Non cupiit, Graios Agesilae tuis.
Sic VLADISLAE TVAS veneratur Lechia sortes,
Tutius vt Sceptro nil sciat esse TVO.

Acclamatio Romanor. a Thimo.

P. Lege Manil. *Felicitatem illud suadæ Romanæ Oraculum in tuo Æmulo M. Pompeio commendabat, quam nos in Te libenter prædicamus.*

OMNIUM SUFFRAGIIS

# FORTVNATISSIME VLADISLAE

*Et illã Timothei, Agiesilai, Syllæ, Pompeij, Cæsarũq; felicitatẽ ad Te deriuatã*

IN TE MAIOREM GAVDEMVS FLVXISSE.

VT

Eutrop. *Nihil audias in Polonia, quam illud Romanis celebratissimũ, in suos Cæsares.*

NEMO SIT MELIOR, NEMO FELICIOR, VLADISLAO.

HÆC MIRARE, QVI DVBITAS.

*NAM*

# VENIT VIDIT ADEMIT

*HOSTI* *MOSCHO*

Rosinus & Pont.

| | | |
|---|---|---|
| SIGNA MILITARIA | BELLICA TORMENTA OPERE ET MOLE ADMIRANDA | IN APPARATV BELLICO ET PRÆDA Valoris plusquam |
| 120. | 107. | 600000. |



HINC

*PERGE TRIVMPHATOR CLEMENTISSIME*

# VLADISLAE

EO TE VIRTVS TVA EVOCAT, VBI VICTIS HOSTIBVS

*TE IPSVM VICISTI,*

HIC IGITVR

DA VIAM MOSCHE, CAPVT ILLVD PERVICAX, ET EFFRENE COLLVM INCLINA.

*NON PRIVS*

VVLTVM REGIVM DIVINÆ CLEMENTIÆ SEDEM, VIDEBIS,

*Quam oculos liuentes, puluere expurgabis,*

IGITVR TERRAM PETE VIVVS, CVIVS PABVLVM ET CINIS

PARVM QVIN FVISSES,

TERRAM FERI CAPITE, QVAM FERRO OPPRESSERAS,

TERRAM DEPRECARE, QVAM FVNESTO PEDE ATTIGISTI,

TERRÆ ET TVIS, QVI EO SVNT MISSI, LOQVERE

TE VICTVM

VLADISLAI REGIS IN VICTORIA SVMMA:

CLEMENTIAM ADMIRANDAM.

*O! PHOEBE*

*Iugales tuos nihil dubito flexeras, vt superbiam Moschorum cœlo minantem.*

VIDERES, ALLISAM TERRÆ,

ILLA CAPITA REGNI, ET BELLI:

REGIS VLADISLAI SCABELLVM FACTA,

ILLOS SEPTEMTRIONIS BELLATORES, VERMES PVLVERVLENTOS:

SIC

*CADERE, ET TERRAM TVAM COLERE NECESSE EST.*

# AVGVSTE VLADISLAE,

QVI EAM LEVITER VIOLANT,

CAPITA CALCANDA DARE, QVÆ REGI NOLVNT.

*TELLVS (credo) plausum tibi dedit, lauros æternas ibi paritura,*

*Vbi sudore frontis Moschicæ maritata est.*

*IBIS ERGO MOSCHORVM DOMITOR,*

*PER CAPITA BELLATORVM.*

AD CAPVT REGNI:

*IBIS VICTOR HOSTIVM, NON MINOR,*

QVÀM TVI

HOSTIS NON, HOSTIBVS,

ET

NON SOLVM TVÆ VIRTVTIS PRÆCONES HABEBIS CIVES,

*AVT AMICOS.*

SED BARBAROS, HOSTES QVOS SERVASTI.

*SCIEBAS CHRISTIANISSIME TRIVMPHATOR.*

Claud. *Illam esse victoriam demùm, quæ confessos animo quoq; subiugat hostes,*

Alph. Phil. SATIS VICTVM QVI PROSTERNITVR,

CLEMENTIAM PLVS POSSE QVAM VIOLENTIAM,

*SCIEBAS*

Sigis. Imp. *Pretium Pacis, dare pacem humiliter petenti hosti.*

*IGITVR*

SIC VICISTI HOSTEM, VT SCIRES VICTORIA VTI,

ET IPSAM VICTORIAM VINCERE,

Cic. *Recteq; vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, visq; deuicta est.*

*QVARE*

I concitatis gloria Pegasis,
Euade cælum, sol vbi roscidos
Frenat iugales, aut reclines
Hesperio reficit barathro.
Videbis, (hêu) quam Theutonicus mucro
Permiscet vrbem, nescius impetum
Tenere; sternit lege nullâ,
Acciduos genibus Quirites
Cadmæa dicent mænia sanguinem
Bibisse, qualem victor Achaicus,
De subiugatis ire iussit
Hippobotum Phrygiisque riuis,
Sic nescit iræ ponere terminos
Libido Victrix, & prius Africum
Domes Catellum, quàm secundis
Pectora condecumata ventis.
At quo beatam Principe Lechiam
Regnata dicent agmina Bosphoro?
Dum prouocatas victor iras
Temperat, insolitasque lauros,
Dum iure fusos sternere Moschuos
VLADSLAE posses, nec tamen ebriam
Cruore dextram, vidit orbis
Colla ferens pedibus domanda.
Cæsar Triumpho nobilis Actio,
Sic nullus vni (quàm scio) Maxime
TIBI MONARCHA, & NORMA REGVM
BELLIGERVMQVE DVCVM MEDVLLA.

Diceris

Diceris Vrbes Regnaque Bistonum
Hausisse famâ, dum pater Hostibus
Non hostis esses, quin & ipsum
Te superas superator orbis.
Ergo refusos Moschua spiritus
Deponet vltro, collaque nutibus
Tuis vouebit, nam benigno
Quæ fera non capiatur hamo?

*Id ominamur, & pollicemur de tuâ animorum expugnatrice clementia.* Sen.

QVÆ

*Vt Boleslao Chobri Slauones, Vladislao III. Croatas, & Vngaros in potestatem dedit.* Cromer9

SIC

*Nulla erit gens adeò barbara, quæ tuam humanitatem non amet, beneuolentiam complectatur.*

SEDIAM

*Subacti Moschi, & victoriæ Tui hanc Iconem defende æternitas,*

*VT TVAM TIBI LABORATAM*

ET

CONSECRATAM.

NIHIL EST GLORIOSIVS, PRINCIPE IMPVNE LÆSO, Sen.

# QVALIS ES VLADISLAE REX

QVI HOSTEM

STERNIS NON OPPRIMIS




HIC SEPTEMTRIONIS EXERCITVVM GENERALIS DVX, REGNI MOSCHORVM PRINCEPS
SEINVS BORISEWIC SE, ET TOTIVS MOSCHOVIÆ COLLA, ET EXTERNORVM BELLATORVM CAPITA SVBACTA

INCLYTO VICTORI, REGI POL. ET SVEC. VLADISLAO IV. INCLINAVIT

E

*MIRVM FACTV VIDES?*

AQVILAM BICIPITEM STERNI

NE MIRARE

MOSCHVS NVMERO, POLONVS ROBORE

PRÆSTAT.

INnumero numero numerabas arma Seine,
Et penè innumero milite septus eras,
Arma VLADISLAO Herculea virtute strategi
Exigui numero quos numeraret, erant.
Cur tamen imbelli demisso poplite Magni,
Ante VLADISLAI cernuus ora cadis?
Corpore sic grandem Ceruum sternit leo, quamuis
Cornua ceruus habet, cornua nulla leo.
Dic'age cur sternit? dicam quia plurima tantum
Cornua ceruus habet, sed leo pectus habet.

*ERGO HANC*

FORTITVDINEM TVAM VENERATVS HOSTIS, CLEMENTIAM

SATIS DEMIRARI NON POTVIT,

EIVS

*Se captiuum, licet nunquam cogitasset, interea gaudet,*

*Et gratum se fore pollicetur*

*NOS AVTEM TVI,*

Cogita quos vis,

FAMVLI, SVBDITI, CLIENTES, CIVES TVI,

*Quibus te votis prosequemur? qua beneuolentia complectemur?*

*VIVE TRIVMPHATOR MAGNORVM MAXIME REGVM,*

VIVE SIBYLLINOS NESTOREOSQVE DIES,

*VIVE TVRCARVM SCYTHIÆQVE FVNVS,*

ET BARBARORVM FVLMEN ENATVM POLO,

VIVE DELICIVM ET COR VNIVERSI,

AVGVSTE SANGVIS PRINCI-
PVM VLADISLAE,

*FRENOS PONE BORISTHENI,*

VLTRA DANVBIVM LATIVS IMPERES,

REX MAGNE SCEPTRO DIGNE

*ALEMANNIO.*

NON

NON MARMOR ILLVD HERCVLIS
EST, REGNORVM META TVORVM,
SED ORBIS VNIVERSVS

# VIVE TRIVMPHA

ET

HANC OPERAM

AMORIS IN TE NOSTRI ET OBSERVANTIÆ
NOTAM VELIS ESSE

# REX OPTIME

Non Tuas æquè complectitur laudes,& victorias, ſed quia Tuæ ſunt illæ etiam in vmbra, ſolem, & in apice quouis, nullo æuo interituram habebunt molem. Sera, & ad triumphos Tuos pene poſtrema acceſſit, vt à poſtremis mortalium neceſſe fuit, & qui prius Tuam demirati ſumus felicitatem, quam adorauimus, prius votis proſecuti, quàm plauſibus; vt, ſi alios Tuæ dignitatis ſuffragatores, victoriarumque gratulatores habueris, nobis hercle, Tui magis Studioſos vix reperias, qui in Te amando & venerando nec tempus, nec terminos ponimus alios, quàm TEIPSVM, ET TVA OMNIA.

QVANQVAM

*Palmam amoris non ambimus, qui tuis pedibus*
*Triumphalem viam fecimus*

VT

*Quocunq; loco vides nos, & noſtra corda tibi ſterneremus*

CALCA, NON ONVS ERIS, SED HONOS, TVI STVDIOSIS

QVI

*Hoſtibus, dum eos premeres, leuamen fueras;*

ET LICET CALCAVERIS

*SVB PEDIBVS TVIS, ET THRONO TVO.*

ESSE IVCVNDVM ERIT COLLEGIO NOSTRO
QVOD EST MINIMÆ *SOCIETATIS*

TIBI *DEVOTÆ*, TIBI *MANCIPATÆ.*




BIBLIOTH: UNIV.
JAGELLONICAE